



**R. P. Ferdinandi De Castro Palao, Legionensis Soc. Iesv,  
Sacrae Theologiae Professoris, Et sanctae Inquisitionis  
Qualificatoris & Consultoris; Operis Moralis, De Virtutibus,  
Et Vitiis Contrariis, In ...**

De Iustitia Et Iure, Continens Tractatus De Prudentia, Fortitudine, &  
temperantia, de Ieiunio, & Iustitia generaliter sumpta, de Iustitia  
commutativa, nempe de Pactis, & Contractibus in genere, de Promissione,  
& Donatione liberali, de Commodato, & Deposito, de Mutuo, & Vjura, de  
Emptione, & ...

**Castro Palao, Fernando de  
Lugduni, 1669**

3. Quibus ius retrahendi competat.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76677](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76677)



S. III.

Quibus ius retrahendi competat ?

- 1 Viri. & feminis competit ius retrahendi.
- 2 Quo ordine consanguinei admittantur ?
- 3 Filius naturalis ius habet retrahendi.
- 4 Item filius legitimatus.
- 5 Item exheredatus.
- 6 Filius renuntians hereditati non censetur retractui renuntiare.
- 7 Idem est de bannito.
- 8 Clericus retractu vii potest.
- 9 Quod verum est cum laicus vendit rem patrimoniale laico.
- 10 Item cum clericus vendit laico.
- 11 Cum clerico res est patrimonialis vendita plures negant locum retractui.
- 12 Verius est oppositum.
- 13 Proceat Doctrina etiam si venditor, & emptor clerici sint.
- 14 Coram quo iudice retractus intentandus est.
- 15 Monasterio in quo filius professus est non competit retractus.
- 16 Adversus monasterium bene retractus institui potest.
- 17 Hares consanguinei ex persona defuncti non admittitur ad retractum.
- 18 Neque item cessionarius.
- 19 Iudex bene potest retrahere.
- 20 Tutor & curator pupilli consanguinei proximioris retrahere possunt.
- 21 Procurator ad retrahendum admittitur, si habeat speciale mandatum.
- 22 Coniunctus pro coniuncto retrahere nequit.
- 23 Neque item uxor pro marito.

**C**ertum est ius retrahendi non solum viris, sed feminis competere, cum ratio ob quam retractus conceditur æque omnibus conveniat. Præterquam quod retractus odiosa materia est, in qua masculinum regulariter femininum comprehendit. Vt pluribus comprobatur Tiraquel. *de retract. lib. 1. §. 1. gloss. 9. num. 2. 11.* Adde leges nostri regni non exprime potius masculinum, quam femininum. Vt constat ex *leg. 7. & seq. tit. 1. lib. 5. ibi Ioh. hombr. & pariente mas cereno*, quæ verba viris, & feminis communia sunt. Atque ita tradit *leg. 8. tit. 1. lib. 5. compilat. Matien. gloss. 2. Azevedo num. 1.*

**S**ecundo est certum retractum iure sanguinis concedi consanguineo proximiori venditoris. Quod si hic proximior vel non potuerit, vel noluerit retrahere, alij consanguinei suo ordine admittuntur usque ad quartum gradum comparandum iuxta ius civile. Vt in dicta *leg. 8. & 12.* habetur. Sed quia omnes consanguinei suæ proximiores, siue remotiores ad retractum admittuntur intra novem dies ea tamen conditione, ut remotior proximior cedat, ea de causa proximiores cogi non possunt etiam per iudicem à remotioribus ante novem dierum elapsum, ut declarent an velint retrahere. Tum quia ipsi remotioribus ea declaratio necessaria non est, cum ipsi possint retrahere, tamen eius retractus revocationi proximioris intra novem illos dies subiiciatur. Tum quia omnibus consanguineis terminus novem dierum est concessus, terminus autem alicui ex lege concessus restringi nullatenus potest: *cap. indultum de Regul. iuris in 6.* Atque ita tradunt in præsentem Anton. Gomez *leg. 70. Tauri, numer. 14. Matien. leg. 12. gloss. 1. tit. 11. lib. 5. noua compilat.* Verum si proximior expresserit se nolle retrahere ius retrahendi sequentibus sumitur acquisitum est, ita ut iam ipsi non liceat etiam intra illos novem dies pœnitere. Argum. *leg. ult. Cod. de iure emphyteut. & tradit Anton. Gomez & Matien. supra. & Azevedo, dicta leg. 12. n. 1. & alij apud ipsos.*

**S**ed questionem habet, quibus specialiter ius retractus competat? Et primo dubitatur de filio naturali vulgo bastardo, hunc ergo etiam deficientibus legitimis non posse retrahere asseruerat plures relati per Matien. *leg. 7. tit. 11. lib. 5. gloss. 2. num. 2.* Quorum fundamentum est, quia ratio concedendi retractum est ne res vendita exeat à familia, & agnatione vendentis, ut pluribus comprobatur Tiraquel. *lib. 1. de retract. in præfat. num. 3. & seq. & §. 2. gloss. 1. num. 8.* At filij naturales non dicuntur esse de familia, & agnatione, ut ipse Tiraquel. latè probat, *lib. de nobilit. cap. 1. §. num. 12.* Neque cum patre coniunctionem, aut cognationem habere censentur, ex *leg. spurios. ff. unde cognati, & §. ult. quibus modis naturales efficiantur sui in Authent.* Neque eis licet arma, & insignia parentum deferre, ut ipsemet Tiraquel. loco citato probat. Ergo non est causa ob quam eis concedatur retractus. Sed contraria sententia longè verior est maxime spectato iure no-

stro regio, prout asserit Anton. Gomez *leg. 70. Tauri, num. 4. Matien. dicta leg. 7. gloss. 2. num. 3. & ibi Azevedo, numer. 24. Gutier. 2. præf. q. 1. §. 1. Mol. disp. 370. post princip.* Nam illo communi iure inspecto filij naturales non sint de agnatione, & familia, neque arma, & insignia deferant: at consuetudine maxime in hoc Hispaniæ regno contrarium habetur: sunt enim ex eadem familia, eademque nobilitate cum parentibus gaudent, eisdemque insigniis, & armis utuntur. Secundo dispositio legalis, quæ fundatur in iure naturali sanguinis naturales filios comprehendit, nisi aliud ex qualitate personæ colligatur. Vt in *leg. ex factio. §. si quis rogatus. l. ff. Ad Trebellian.* Secundo sub nomine filiorum naturales veniunt cum agitur de privilegio in aequitate fundato, ex *leg. ult. Cod. de confirmator. per quem Textum id tenet Abbas cap. 10. præsentia. n. 2. de probationib.*

Notante dixi naturales bastardos: nam si ex coitu paubili sint habitus vulgo spurios, nequaquam retrahere possunt, quia ij non sunt de familia, nec nobilitatem obtinent, nec arma deferunt &c. argum. *leg. filium cum defunctus. ff. de his qui sunt sui, vel alieni iuris. leg. generaliter. §. cum autem Cod. de instit. & substitut.* & alius adductis à Matien. *d. gloss. 2. n. 6.* Atque ita tenet Gutier. & Mol. *loc. cit.*

**S**ecundo dubitatur de filio legitimato, quem affirmare poterat retrahere non posse, cum non sit de agnatione, genere, stirpe venditoris, sed solum impropius, & per fictionem. Sed dicendum est ad retractum admittendum esse deficientibus filijs legitimis, & naturalibus. Sicut tenet Gregor. Lopez. *leg. 4. post princip. tit. 1. §. part. 4. Couarru. 4. de sponsal. 2. p. cap. 8. §. 10. numer. 3. & Azevedo leg. 7. numero 43. tit. 11. lib. 5. collect.* Gutier. 2. præf. q. 1. §. 1. in fine. Mol. disp. 370. post inu. Ratio est quia legitimus iure iuris est de agnatione, stirpe, & familia legitimantis, eisdemque privilegijs potius *leg. 11. Tauri.* Non igitur ab hoc privilegio quod naturali sequela agnatos sequitur excludi debet.

**T**ertio: filius exheredatus videtur nequaquam retrahere posse, quia privatur successione Authent. *vi cum de appellat. cognoscit. §. causas. collat. 8.* Authent. non licet. *Cod. de liberis præteritis.* Item habetur pro mortuo. Authent. *de heredi. & falcidia. §. exheredatos collat. 1.* neque inter filios connumeratur. *l. pater filium. ff. de in officioso testam.* Neque habet iuramentum, sed redditur extraneus. *leg. 1. §. itemnum. ff. de iur. & legitimis hereditibus.* Nihilominus verior, & tenenda est sententia concedens exheredato retractum: nam licet exheredatio supradicta iura non contempant vtpote quæ ex iure civili habentur: at bene competunt iura sanguinis quale est ius retractus. *l. iura sanguinis. ff. de Regul. iuris. l. 3. ff. de inoffic. & relegatis, & in specie tradunt Tiraquel. de retract. liganer. lib. 1. §. 1. gloss. 8. num. 50. Anton. Gomez leg. 70. Tauri n. 6. Matien. leg. 7. gloss. 2. n. 10. tit. 11. lib. 5. collect. & ibi Azevedo, n. 21. Mol. d. disp. 370.*

**Q**uanto filius renuntians etiam cum iuramento hereditati, & successioni non obinde censendus est renuntiasse iuri retractus, quod iure sanguinis ex quadam æquitate competit. argum. *leg. filij in princ. ff. de iure patronat. vbi filij patris hereditarij renuntians non amittunt ius patronatus in servos à patre manumissos.* Atque ita docet Tiraquel. *lib. 1. de retract. §. 1. gloss. 8. n. 50. Anton. Gomez leg. 70. Tauri num. 4. Matien. leg. 7. gloss. 2. numero 12. Molina. disputat. 370. post inu.*

**A**d idem est de bannito, & ad mortem naturalem damnato, qui licet iure communi non possit retrahere transacto tempore ad appellandum, quia efficitur levis pena inhabilis, & incapax cuiuslibet contractus, & acquisitionis, ut constat ex *Authent. sed ad hodie Cod. de donationibus.* Quod levis est cum ad mortem civilem damnatus fuerit ex iplante Authent. Vt bene advertit Anton. Gom. *leg. 70. Tauri, num. 11.* Attamen iure nostro quilibet horum retrahere potest, quia non efficitur levis pena, nec inhabilis. Vt colligitur ex *leg. 4. Tauri quæ est lex 3. titul. 4. lib. 5. noua collect. & notat Zifuentes leg. 70. Tauri. q. 12. Azevedo dicta leg. 7. numero 44.*

**Q**uinto ecclesiastici tam actiue, quam passive vii retractus possunt. Vii ex communi tradunt Matien. *dicta leg. 7. gloss. 2. num. 12. ibi Azevedo num. 24. Anton. Gomez. cap. 2. num. 7. Gutier. 2. præf. q. 1. §. 1. Mol. disp. 370. §. Ecclesiastici etiam cum Ecclesiastici legibus civilibus bonum commune respicientibus, neque eorum libertati derogantibus subdantur, non est cur à lege retractus excludantur, maxime cum lex retractus canonibus conformis sit.* Vt vero hæc veritas distinctius innotescat in quadruplici euentu quæstio procedere potest. Vt bene Gutier. proponit.

**P**rimo quando laicus vendit rem laico, adeit tamen Clericus consanguineus venditoris qui vult retrahere vtpote rem à suis maioribus descendente. Et in hoc casu omnes conueniunt teste Tiraquelo *de retroque retractu. lib. 1. §. 2. gloss. 8. num. 41. Gutier. d. q. 1. §. 6. numero 2. Azevedo leg. 7. tit. 11. lib. 5. num. 24. Matien. gloss. 2. num. 12. Maranta disp. 8. num. 31. Clericum retractu vii posse. Vt decidit expressè *cap. consuetus**



de restit. in integrum. Receptum namque est posse Clericum constitutionibus & legibus in fauorem laicorum latis vti, alias clericatus illis praedudicari.

10 Secundo procedit quaestio, cum Clericus rem patrimoniale seu autam vendit laico, nam esse Clericus in hac parte videatur praedudicari, cum eius venditio rescindatur, aramen cum hac non sit commutatio, & personae emptoris subrogatio, ipseque clericus de euictione ob hanc causam non teneatur non est cur a retractu hic casus excludendus sit. Sicuti bene aduertit Tiraquell. d. leg. 1. §. 1. gloss. 1. 3. num. 11. Palacios Rubios leg. 70. Tauri. num. 16. Ant. Gomez, ibi n. 7. Matien. d. leg. 7. gloss. 2. n. 18. & ibi Azeuedo num. 24. Gutierr. q. 1. §. 6. num. 3.

11 In tertio euentu cum clericus est emptor, plures, grauesque Doctores Mathaeus de Afflictis in retract. iure congruis, tra. 3. protomisc. super constitut. sancimus §. fin. num. 15. & leg. Montalu. leg. 1. gloss. magna. vers. item quare. tit. 10. lib. 4. fori. & a'ij plures relati a Tiraquello d. gloss. 13. n. 1. negant dari locum retractui, eo quod lex retractus vtpote deogans iuri communi & naturali libertatis, quia omnibus permittit esse libere de propriis bonis disponendi. leg. in re mandata. Cod. mandati. habere locum in clericis non potest.

12 Sed communior sententia, & verior contrarium affirmat, quam refert, & sequitur Tiraquell. de vtroque retractu. lib. 1. §. 1. gloss. 1. 3. n. 2. & leg. Maranta disp. 8. num. 17. Ant. Gomez. leg. 70. Tauri. n. 7. Zifuentes ibi q. 51. Palacios Rubios num. 15. Gregor. Lopez, leg. 55. verbo debe aduer. tit. 5. par. 5. Roland. a Valle conf. 2. n. 7. lib. 1. Matien. leg. 7. gloss. 2. num. 14. Azeuedo num. 24. Gutierr. d. q. 1. §. 6. num. 4. Fundamentum triplex a Maranta, Gutierr. & aliis adducitur. Primo leges retractus communes sunt Clericis, & laicis, & omnibus fauorem & praedudicium afferre possunt. Ergo ab omnibus sunt seruandae. Si enim clericus lege retractus vti potest aduersus laicum, ex casu constitutus de in integr. restit. aequum est vt etiam laicus aduersus clericum eo iure vti possit. ex tit. Quod quisque iuris in alio statuerit, eodem ipse iure vsatur. Nam vt inquit Arist. 1. Ethicor. c. 5. ibi iustum est, vt quod quisque facit idem patiatur & ipse. Secundo res patrimonialis, seu autia eo ipso quod talis sit ex iuris dispositione nequit extra familiam aliterari, alioquin retractui proximioris consanguinei subicitur. Ergo cum a Clerico emptore emitur, sub eo onere ad eum peruenit. Nam est actio retractus personalis sit, est tamen in rem scripta, ideoque quemlibet possessorem sequitur. Vt pluribus comprobatur Matien. dicta leg. 7. gloss. 8. num. 11. tit. 11. lib. 5. noua compilat. Tertio ad idem. Nam res patrimonialis, & autia antequam ad Clericum perueniat, cum est sub dominio laici, est consanguineo proximiori ex iuris dispositione affecta vt possit illam retrahere, si forte alteri vendita fuerit. Ergo, ex venditione, & translatione domini j in clericum hoc ius consanguineo quæritum tolli non potest. Et ex his fundamentis oppositae sententiae solutum est. Non enim lex retractus Clericis praedudicat, eorum commodum commoditate quam habet retrahendi a laicis compensatur. Tum quia independenter a translatione domini j ad Clericum huic legi retractus res patrimoniales subiciuntur.

13 Quoad quartum euentum, cum venditor & emptor clerici sunt, est Maranta dicta disp. 8. num. 51. censet non esse locum retractui, quia praedictae rationes cessare in hoc casu videntur. At verior, receptor, & communior est contraria sententia afferens etiam in hoc euentu posse consanguineum proximiorum. Clerici venditoris retrahere rem patrimoniale, seu autam venditam. Vti docuit Gutierr. dicta q. 1. §. 6. in fine. Matien. d. leg. 7. gloss. 2. num. 18. Azeuedo num. 25. Mol. d. disp. 370. §. Ecclesiasticis. eo quod leges regiae, & ciuiles laicis, & Clericis communes, & omnibus indifferenter viles seruandae sint, cum contrarium iure canonico cautum non est. iuxta c. 1. de noui oper. nuntiat.

14 Quod si inquiras coram quo iudice in his euentibus retractus est intentandus? Respondeo cum venditor, & emptor sunt Clerici, est manifestum coram Ecclesiastico intentandum esse. Et idem existimo, cum emptor Clericus est, venditor laicus, nam cum actio retractus contra emptorem instituta sit, vtpote a quo res impta auferenda est, & in Clericum nullam habeat laicus iurisdictionem, consequens est vt coram iudice Ecclesiastico actio intentari debeat. Secus est emptor laicus sit, quauis venditor fuerit Clericus, & haec seruanda sunt, siue retrahens Clericus sit, siue laicus. Vt recte aduertit Azeuedo dicta leg. 7. tit. 12. lib. 5. noua collect. num. 25.

15 Sexto Monasterium in quo filius professus est nequit retrahere. Vti ex communi docuit Tiraquell. lib. 1. de vtroque retractu. §. 1. gloss. 8. num. 20. Zifuentes l. 70. Tauri. vers. 13. & ibi Anton. Gomez, num. 9. Matien. d. l. 7. gloss. 2. num. 20. & ibi Azeuedo num. 26. Mol. disput. 370. §. dubium deinde est. Et enim ius retractus personalissimum est, vtpote quod in alterum minime transferri potest. Monachus vero professione quasi mortuus retrahere nequit, quia non sibi, sed Monaste-

rio retracturus foret, quod est contra naturam retractus. Neque obstat Monachum professione non amittere iura sanguinis, & proximitatis, iura sanguinis ff. de Reg. iur. quia id verum est de iuribus ipsam personam Monachi non egredientibus, vti sunt iura nobilitatis. Secus vero quæ in rem temporalem transeunt.

Neque item obstat quod Monasterium loco filij habeatur, vt plures Doctores docent in cap. in praesentia de probatio. mb. & Authent. nisi rogari. Cod. ad Trebellianum. & l. ult. C. de Episcopis, & Clericis. Nam id improprè cautum est, & per fictionem secundum Baldum in l. filium. col. 4. ff. de his qui sunt sui, vel alieni iuris. & in leg. acutissimi. Cod. de fideicommissis. Neque hoc est absolute, & indiscriminatim verum, vt pluribus comprobatur Tiraquell. in leg. si vnuquam, verbo suscepit liberos. n. 4. 1. Cod. de reuocand. donat. Couarruu. 1. var. cap. 19. num. 6. sed solum quoad effectum excludendi substitutum, si sine liberis decesserit, de quo praedicta iura loquuntur secundum Baldum in d. leg. filium. Et in Authent. si qua mulier Cod. de sacrosanct. Ecclesus, no. 3. Panormit. in d. cap. in praesentia num. 48. Vti refert Matien. d. gloss. 2. num. 21. Quinimo neque hic effectus procedit, ex eo quod Monasterium loco filij habeatur, non enim habetur, vt comprobatur Couarruu. Tiraquell. supra Mantica de coniectur. vlt. volum. lib. 11. tit. 7. n. 6. & 7. sed quia in fauorem religionis praefertur testatorem non minus monasterium, quam liberos haeredes instituti dixerit, & sicut hos substituto praetulit, etiam testatus est monasterium in quo haeres professus est deficientibus filius substituto praetulisse. Sicuti bene in praesenti notat Azeuedo d. leg. 7. n. 8.

Aduersus tamen monasterium emens rem patrimoniale optimè esse potest retractus, conueniri que debet coram suo iudice. Vt Matien. & Azeuedo locis citatis aduertunt. Dubium tamen est, an Monasterio vendente rem immobilem, & patrimoniale quam a Monacho hereditauit possit consanguineus proximior Monachi retrahere, eo quod Monasterium nomine Monachi, & illius personam representans vendideret.

Dicendum tamen est non esse locum retractui, quia ex translatione in monasterium res vendita amittit qualitate patrimoniale, & facta est extranea, & ab persona vendita, cum Monasterium sui nomine venditionem praestet. Sicuti docet Zifuentes dicta l. 7. Tauri col. 1. Ant. Gomez, num. 10. Matien. dicta leg. 7. gloss. 1. n. 22. Azeuedo n. 29. Mol. disput. 370. §. dubium item est.

Septimo haeres consanguinei ex persona defuncti non admittitur ad retractum, quia haeredi solum transmittitur quæ hereditaria sunt, leg. cum haeredes. ff. de acquir. possess. leg. 1. & leg. Cod. de hereditat. actionib. & aduertit Anton. Gomez, d. leg. 70. num. 8. Matien. d. leg. 7. gloss. 2. num. 23. Molina disp. 370. §. dubium est. Temperant autem praeter Doctores, nisi consanguineus decesserit lite iam contestata: tunc enim haeredi extraneo ius, & actio prosequendi lite. & retrahendi competit. argum. leg. vnic. Cod. ne ex delicto defunctorum. vbi si delinquens moriatur lite aduersus eum contestata competit actio aduersus haeredes illius. Sed apertius id colligitur ex leg. posthumus. §. vlt. & leg. sequenti. ff. de officio i. o. restam. vbi deciditur querelam in officio i. o. restamenti transmitti ad haeredes si defunctus decesserit lite contestata.

Octauo, Cessionarius itidem nequaquam retrahere potest, quia ius sanguinis non continetur cessionario: si enim, vt inquit lex 7. 1. lib. 5. retrahens sibi non alteri retrahere debet. Ergo in alium ius retrahendi cedere non valet. Atque ita tradit aliis relatis Tiraquell. lib. 1. de retract. §. 26. gloss. 1. Anton. Gomez, leg. 70. Tauri n. 16. Matien. dicta l. 7. gloss. 2. n. 24. Azeuedo n. 30. Mol. d. disp. 370. §. dubium est.

Novo: Iudex quauis in suo territorio non possit emptionis contractum imire, retrahere tamen potest, si sit proximior consanguineus vendentis, quia ipse non emit, principaliter, sed loco emptoris subrogatur, neque in hac emptione est vllum timoris, aut impressiois periculum, cum ipse nihil aliud faciat quam offerre pretium quod ad emptorem constitutum est absque vilo nouo pacto & conuentione. Sicuti bene aduertit Anton. Gomez, d. leg. 70. Tauri. numero 12. ex leg. quis effectum. ff. de ritu nuptiar. & leg. in emptione. ff. de Minorib.

Decimo tutor & curator pupilli consanguinei proximiori retrahere ei possunt. Vt habetur l. 8. tit. 1. lib. 5. noua collect. & probatur Tiraquell. lib. 1. de retract. §. 1. gloss. 1. 3. num. 22. Couarruu. 1. var. cap. 6. num. vlt. Neque obstat quod in leg. 7. dictum fuerit neminem alteri retrahere posse, quia id intelligitur, cum nomine proprio in alterius commodum retraheret: secus cum nomine alterius in ipsius commodum iuxta reg. qui per alium. & reg. potest. quis de Reg. iuris in 6. & aduertit Azeuedo d. leg. 8. num. 17.

Vndecimo: Procurator admittitur ad retrahendum, si speciale mandatum consanguinei proximioris habeat, non autem sufficit generale mandatum etiam cum libera administratione, & quia ex vi illius iuramentum praestare non potest



sibi & non alteri retrahere. Vt expressè requisitum est in retractu. Sicuti ex communi plures reitens aduertit Matien. d. leg. 8. gloss. 1. 4. n. 4. usque in finem. Azueo num. 18. Quod mandatum intra nouem dies concessos ad retrahendum ostendit procurator debeat iudici, vt ipse videat an apta persona sit retractui affirmat Matien. supra num. 19. Quod verum est ne repellatur a iudice. At si iudex illum absque mandati ostensione admitteret validus esset retractus, dummodo speciale tunc mandatum haberet, & postmodum de illo constaret, quia in iudicialibus sufficit quodcumque doceri de mandato. vt relato Blerio decis. 74. Vantio tract. de nullit. tit. de nullit. ex defectu mandati. n. 15. aduertit Azueo d. leg. 8. n. 23.

22 Duodecimo: coniunctus pro coniuncto scilicet pater pro filio, nepos pro auo, frater pro fratre aut e contra retrahere non potest, quia in his quæ speciale mandatum requirunt nihil coniuncti ex vi coniunctionis operatur. leg. patri iuncta leg. illud. Digestis de Minoribus. At si postmodum consanguineus ratum habuerit retractum à coniuncto, imo extraneo nomine ipsius intentatum, satis erit, quia in his quæ speciale mandatum requirunt rati habitio illius defectum supplet. Vt probat lex 3. §. si procurator. Digestis quod quisque iuris. ibi. si hoc ei specialiter mandauit, vel ratum habuit. & cap. fin. de iur. iuram. in 6. & tradit Gloss. in leg. Paulus. alias per procuratorem ff. de acquir. heredit. Tiraquello de retractu. lib. 1. §. 1. gloss. 10. num. 63. Debet autem hæc rati habitio, & iuramentum intra nouem dies concessos retractui præstari: iuxta Textum in leg. fin. rem ratam habere. Nam cum ille qui sine mandato intentauit retractum nihil præstiterit, totaque actio retractus in rati habitio constituta sit, merito influenda est in termino retractui concessio. Sicuti vt certum docuit Matien. d. leg. 8. gloss. 1. 4. n. 16. Azueo d. n. 21.

23 Decimo tertio: Vxor retrahere non potest rem patrimonialem mariti ab ipso marito venditam: nam esto quoad actum matrimonij sit persona intimè marito coniuncta, non tamen est illius consanguinea, neque res vendita pertinet ad patrimonium vxoris. Sicuti probat Gregor. Lopez. lib. 1. tit. 5. par. 5. gloss. commaternalente. Azueo d. leg. 7. tit. 11. lib. 5. numero 45.

§. IV.

Qui in retractu præferendi sunt?

- 1 Proximior venditoris præferendus est.
- 2 Proximior nolente succedit immediatus de gradu in gradum usque ad quartum.
- 3 Hæc præcedit dominus directus, superficialis & qui partem communem habet.
- 4 Discrimen horum retractuum.
- 5 Examinatur qui præferendus est, cum plures consanguinei in eodem gradu concurrunt ad retrahendum.
- 6 Facta venditione sub pacto de retro vendendo, si consanguineus retrahens tenetur reuendere.

3 **C**onstat proximior venditoris, non prædecessoris, seu stirpitis esse præferendum. ex leg. 8. & leg. 15. & alii. tit. 11. lib. 5. compilat. merito cum in successione feudi proximior vltimi possessoris, non prioris acquirentis locum habeat iuxta cap. de natura success. feudi. Et idem est in fideicommissis, & maioratu familiaræ seu agnationis relicto ex Textu in leg. cum tra. §. in fideicommissis. ff. de legatis 2. de quo latè Couarr. practiq. cap. 38. & docuit in materia retractus Molina de Disp. pan. primog. lib. 3. cap. 9. numero 15. Matien. leg. 8. gloss. 3. tit. 11. lib. 5. non collect. & ibi Azueo. Hinc fit filium venditoris præferendum esse in retractu patris suo, quia reparatur ei proximior; vt multis in materia primogenij comprobatur Tiraquell. de primog. qu. 40. à num. 17. & in specie retractus aduertit in præfati Matien. leg. 8. tit. 11. lib. 5. gloss. 20. per Textum ibi.

2 Proximior autem nolente retrahere succedit immediatus, & sic de gradu in gradum usque ad quartum. Neque opus est, vt superius dixi, vt prius proximior requiratur, an retrahere velit cum sequens non excludatur à retractu, nisi proximior petente intra terminum. Vt bene aliis relatis comprobatur Azueo leg. 12. tit. 11. lib. 5. collect. num. 3. Matien. gloss. 1.

3 His tamen proximioribus retrahentibus præcedit dominus directus, superficialis, & qui partem communem in re vendita habet. Vt deciditur expressè l. regia 74. Tauri, quæ est 13. tit. 11. lib. 5. collect. & ibi omnes expositores. Etiam si emphyteuta, cui viuile dominium in re emphyteutica competit illud extraneo venderit, dominus soli directus omnibus aliis consanguineis venditoris præferendus est iuxta Textum in leg. ult. Cod. de iure emphyteut. & leg. regia fin. tit. 8. par. 5. Secus esset, si dominus directus proprietatem vendidisset: non enim emphyteuta, & usufructuarius re trahere

illam poterat. Vt bene Anton. Gom. dictis l. 70. num. 31. & Azueo leg. 13. num. 2. 1. 11. lib. 5. collect. probant. Idem est si superficialis soli superficialium vendiderit: nam esto ob viam ferri tamen debet omnibus aliis consanguineis in retractu ratione directi dominij, non tamen ipse superficialis præferendus est consanguineis in venditione domij directi, vt præfati Anton. Gomez & Azueo aduertunt. Denique partem communem habens in re vendita præferetur omnibus aliis consanguineis venditoris in retractu, & merito cum illius propria sit, & ad ipsum potissimum ad consanguineos pertineat.

Est autem in his retractibus latum discrimen, Nam retrahenti virtute dominij directi vtile dominium venditum ratione cuius pensionem accipit conceditur bimetre ad retrahendum ex leg. fin. Cod. de iure emphyteutico: quod ius per nostram legem regiam nouem tantum dies concedendum immutatum non est. Vt bene aduertit Matien. dicta leg. 11. gloss. 1.

Supereft difficultas, cum plures consanguinei in eodem gradu concurrunt ad retrahendum, an in ipsis prælatio aliqua statuenda sit; Procedit questio, cum res tra henda est indiuidua, & indiuisibilis, nam eo casu vni eorum est ad iudicanda, qui ergo præferendus cum omnes eodem gradu consanguinitatis gaudeat? Alieni non improbabiler videbitur primo petenti rem esse adiudicandam sub obligatione, vt aliis consanguineis intra terminum petentibus satisfaciatur. Argum. leg. 1. §. si pecunia ff. de pignori. vbi hæres rem indiuiduam depositam, & restitutioni obnoxiam petere potest præfata satisfactioe aliis coheredibus satisfaciendi. Vt docuit Iason in leg. stipulationes non diuiduntur. non. 21. ff. de verb. obligat. Ant. Gom. tit. 2. par. cap. 10. num. 25. Verum hoc procedere potest interim dum alij coheredes congino tempore suas portiones non petunt: alias non videtur acqui quod vni potius quam alteri res adiudicetur, ex eo tantum quod in petitione festinauerit cum tamen reliqui congino tempore postulauerint. In materia autem retractus omnibus concessum est dies nouem. Quod ergo vnus priusquam alter retractum intencit quid referat cum omnes tempore a lege præscripto concurrerint. Censendi enim sunt eodem tempore concurrere. argum. leg. cum solus ff. de acquir. heredit. & tradit Gloss. & Bart. in leg. more Romano ff. de feris. Ioann. Lupus leg. 73. Tauri. num. 4. Didac. Callilio, gloss. 1. quos referit, & sequitur Matien. leg. 7. tit. 11. lib. 5. collect. gloss. 4. sed concedamus eodem die omnes consanguineos eodem gradu concurrere, qui ergo præferendus est, re quid faciendum. Certe tunc nulla est ratio ob quam vni potius quam alteri res adiudicanda sit. Iudicium autem totis in præfati non habet locum, cum non sit ex casibus a iure expressis quibus tantum iudicium fortis permittitur. Quapropter placet mihi resolutio. Azueo in leg. 7. tit. 11. lib. 5. n. 9. rem substatandam fore inter ipsos consanguineos, & licet tunc plus offerenti adiudicandam præfata ex pretio dato satisfactioe aliis consanguineis pro æquis portionibus.

Deinde est questio, si vendas prædium patrimoniale cum pacto de retro vendendo pro eodem pretio, & consanguineus proximior intra nouem dies velit retrahere, sicuti potest, an tibi volenti rem recuperare præferendus sit? Negat Faber §. 1. in fin. de emp. & vendit. eo quod consanguineo facta venditione fuerit ius quaesitum. Verum cum huiusmodi ius quaesitum sit consanguineo sub eo onere, & conditione in contractu appensa, cum retrahens loco primi emptoris subrogetur, consequens est vt eam obligationem quam emptor ex vi contractus habet reddendi rem emptam suo venditori pretio reddito, eandem subeat consanguineus retrahens: Sicuti resoluunt Tiraquell. lib. 1. de retract. §. 1. gloss. 7. Anton. Gomez leg. 70. Tauri. num. 18. Matien. leg. 7. tit. 11. lib. 5. collect. gloss. 6. num. 43.

§. V.

Qua in venditione locum habeat retractus sanguinis?

- 1 Statuitur in quo sit difficultas.
- 2 Aliqui affirmant venditionem extraneo factam ad esse non consanguineo.
- 3 Sed verius est non esse opus venditionem esse extra familiam.
- 4 Satis sit contrariis.
- 5 Negant aliqui consanguineos in eodem gradu admitti ad retractum, cum res vendita est consanguineo proximiori.
- 6 Verius est admitti.
- 7 Satis sit contrariis.
- 8 Examinatur an venditionem factam à patre possit filius eo virtute retrahere.

9 Negant